

Limitum confirmatio Vladislai Ducis
Dobrinensis in bonis Ecclesia Vladista:
viensis, Sitno Mowogrod, Wangiersko,
et Pomorzani, cum bonis suis ibidem
Ducalibus, specificando verum limitem
earum fluvium Russ.

In nomine Domini Amen. Nos Vla:
dislaus Dei gratia dux Dobrinensis presen:
tibus recognoscimus, et publice profitemur.
Quod cum inter nos super limitatione
villarum nostrarum Dolsho Modrzini
et Kancino vulgariter dictarum ex una
et Venerabilem in Christo patrem Domi:
num Mathiam Vladislaviensem Episcopum
super limitibus villarum Ecclesie sue
Sitno, Mowogrod, Wangiersko, et Pomorza:
ni nuncupatarum villis nostris pre nomi:
natis adjacentium in Districtu seu terra
Dobrinensi locatorum, materia qua:
stionis seu controversie suborta fuisset
parte ex altera. Tandem post multa li:
tis diffugia de Baronum nostrorum
mature consilio, cum aliter veritatem
limitum investigare nequiremus, ju:
ramento et conscientie dicti domini
Episcopi detulimus, et commisimus,
ut ubi et quos limites inter preceptas
nostras, et ecclesie sue villas ascereret,

pro



pro veris limitibus gradibus et granijs
inconcusse et inviolabiliter habereamus.
Qui Dominus Episcopus super veritate
limitum indagatione autem cum sedenti-
bus militibus et Comitatibus fide dignis
prehabita Diligenti juramento et status
sui Dignitate firmavit verum limitem
seu veras granijs et gades inter villas
nostras et domini Episcopi Vladislavien-
sis et Ecclesia sue superius nomina-
tim descriptas, fluvium Russ vulgariter
dictum fore, et ab eo tempore
cujus contrarij non extat memoria, vera-
citer extitisse. Nos vero dictum flui-
um, etiam a nostris fide dignis ho-
minibus limitem cognoscentes, preliba-
tum Russ fluvium, verum esse limi-
tem gadem seu granijem, Declaramus
inter villas nostras, et Vladislavien-
ecclesie prenotatas, presentibus confir-
mamus, et perenniter roboramus. In
quorum omnium testimonium sigillum
nostrum presentibus Duximus appenden-
dum. Actum et datum in Bobrowick
in die beati Procopij Confessoris, anno do-
mini 1349. Presentibus nobilibus, et
Discretis viris. Joanne Castellano Lanci-
censi. Stefano Subvenatore etiam Lancien-
si, Joanne, Henrico, et Martino Curia Nostro
Capellanis cum ceteris fide dignis.